

sa subditorum, modo eorum interfit, appellare pos-
set, certum est.

C.

Qui recte agit citrà mandatum, recte etiam ap-
pellat absque mandato.

CI.

Sententia per appellationem devolvitur tam ap-
pellati, quam appellantis respectu; & appellatus pot-
est adherere appellationi, & deducere Jura sua antea
non deducta, perinde ac si ipsemet initio, debito
tempore appellasset.

CII.

Appellatio suspendit sententiam à viribus rei ju-
dicatæ, etiam quoad appellatum, ita ut hic quoque
ejus beneficio uti possit.

CIII.

In Criminalibus, An locum habeat Appellatio?
Acrius est disceptatio; Jure Civili affirmatur, l. 6. §
16. ff. b. t. Cnm hoc convenit etiam Jus Canonicum
c. 5. 13. & 14. de Appell.

CIV.

Verum de inveterata Germaniæ consuetudine
disceptatur; per hanc enim contrarium obtinere,
sunt, qui volunt; sed de Appellatione ad Cameram
hi loquuntur, quæ de Causis Criminalibus, extra
quam